

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Diurnale chori Sive Horae diurnae Breviarii Romani**

**[S.l.], 1745**

De Concurrentia Solutio dubii

[urn:nbn:de:bsz:31-139978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-139978)

dictum symbolum in die solemnī Festo, sed etiam  
in octava die ejusdem solemnitatī.

## De Concurrentia Solutio dubii.

*Quare in tabella concurrent. in concursu Festi I. classis  
& Patroni vel Titularis Ecclesiæ in Quadrangulo adscripta  
sit Litera vel Cyphra O?*

Litera vel Cyphra O notat, ut prævia Instructio  
facta ad tabulas occurrent. & concurr. ritè intelli-  
gendas monet, talem concurrentiam fieri non pos-  
se, vel si fieri possit, speciales pro ea concurrentia  
suò locò existare Rubricas.

Litera vel Cyphra O. tacitè nos remittit ad ipsam  
Rubricam generalem XI. ex qua desumpta est tabu-  
la concurrentiæ, ubi num. 2. etiam pro hujusmodi  
Festorum ordinando concursu sufficienter est pro-  
visum, si ritè ea expendantur, quæ ibi in principio  
& fine illius numeri habentur, esto id ex allegato ta-  
bulæ concurrentiæ quadrangulo colligi non possit.  
Vid. Rubricist. A. R. P. Joan. Bapt. Halden S. J.  
P. 3. Tit. 6. §. 1. de occur. & concurr. Festor. dupl.  
1. class. fol. 113. & 114.

## De Concurrentia Duplicis min. & diei octava B. Mariæ V.

*Quæcumque dies octava B. M. V. debet habere inte-  
gras utrasque vespas in concurr. cum officio dupli-  
cis min. S. R. C. 11. Aug. 1691.*

## De Commemorationibus faciendis, & suffragiis.

Quando Antiphonæ & versus in vespis va-  
riandi sunt pro commemoratione alicujus simplicis  
fa-



facienda; tunc *ad vesperas* primò accipienda est an-  
tiphona cum versu laudum; si verò *plures* sint com-  
memorationes simplicium, tunc *secunda* commemoratio  
sumetur ex *secundis vespereis cum versu secundi nocturni*;  
*tertia* verò commemoratio fiet desumendo *antiph. primam*  
ex *tertio* nocturno cum versu ejusdem nocturni.

*Ad Laudes* verò prima commemoratio cum versu  
erit propria ex *1. vesp.* *secunda* commemoratio fiet cum  
anth. tert. nocturni & versu assignatis jam in *1. vesp.*  
*Tertia* autem commemoratio fiet desumendo anth.  
& *¶*. dictos *secundo loco in primis vesp.* nempe anth. se-  
cundam vesperear. & *¶*. secundi nocturni S. R. C.  
5. Maij. 1736.

## De Translatione Festorum.

De Hymno: Iste Confessor Domini &c.

Quando contingit transferri Festum alicujus  
sancti Confessoris à die sui obitus in diem proximè  
sequentem, si fiat à *Capitulo* de ipso, tunc in primis  
vesperis ejus dicitur: *meruit beatas scandere sedes.* Et  
in reliquo officio sequentis diei debet continuari  
idem versus. S. R. C. 13. Jan. 1682.

Si duo duplicia minora eodem  
die occurrant?

Ubi celebratur festum S. Barbaræ sub ritu du-  
plici etiam sine speciali solemnitate, fiet de illa offi-  
cium assignando aliam fixam diem S. Petro Chryso-  
logo. S. R. C. 5. Maij. 1736. *Idem servandum est in*  
*similibus casibus, ut eruitur ex pluribus decretis particula-*  
*ribus eodem die & anno, quo supra emanatis pro variis locis.*

An possit fieri officium de dupl.  
min. in die comem. omnium fi-  
delium defunctorum?

In commemoratione omnium Fidelium de-  
functo-



functorum potest fieri officium de festo duplici minori, sed Missæ sunt celebrandæ de Requiem. S. R. C. 1686. & 27. Sept. 1696. & 19. Junii 1700. & 5. Maij 1736.

Quid faciendum, si in fine  
anni aliqua festa celebranda  
superfint?

Officia Sanctorum, quæ in fine anni supersunt, non sunt transferenda ad annum sequentem, sed quoties toto anni decursu de illis celebrari non valeat, tunc in illo anno diebus eorum propriis consideranda sunt tanquam *simplicia*, faciendo illorum commemorationem cum nona lectione composita ex omnibus lectionibus propriis secundi nocturni ad modum unius. S. R. C. 26. Novembr. 1735. hoc idem decrevit die 8. Mart. 1738.

De Differentia Notarum  
Designatarum per hoc Diurnale  
Chori, observandarum.

**U**T autem Cantus ritè observetur, cognoscenda est differentia, quam habent Notæ musicæ, quæ diversimodè designatæ per totum Diurnale reperiuntur. Notæ autem sunt hujusmodi. ■ ◆ ■

Hæc Nota ■ vocatur brevis, cui subjecta syllaba, ita profertur, ut in canendo tempus unum insumatur.

Hæc ◆ dicitur semibrevis, & syllaba quæ sub illam cadit, celerius est percurrenda, ut dimidium unius temporis impendatur.

Hæc altera ■ quæ longa est, paulò tardiùs proferenda est, adeò ut in canendo tempus unum, & dimidium insumatur. Atque hoc est discrimen, quod